RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Cyparissus, Viro ... Dn. Reinholdo von Gehren/ ICto nominatissimo, & inclutae Rostochiensium Reip. Syndico emerito, Cum is die 10. Decembr. mortalitatem poneret, die autem 19. eiusdem, qua sequiorem sui partem, terrae mandaretur

Rostochi[i]: Kilius, 1660

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445905

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Redeker, H. R.,

in R. v. Gehren.

Rostock. 1660.

38

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445905/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445905/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445905/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445905/phys_0004
DFG

CYPARISSUS,

VIRO

Nobiliſſimo, Ampliſſimo & Conſultiſſimo

DN. REINHOLDO von GEHREN/

JCto nominatiſſimo, & inclutæ Roſtochienſium Reip. Syndico emerito,

Cum is die 10. Decembr. mortalitatem poneret, die autem 19. ejusdem, quâ ſeqviorem ſui partem, terræ mandaretur,

Erecta

ab

AFFINIBUS & FAUTORIBUS.

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILII, *Acad. Typogr.* 1660.

NEſcia mens fraudis non fallere docta per artes,
Quod ſimulare vocant, non diſſimulare perita,
Innocuo tibi, Amice, inerat; non pelle ſub Agni
Callebas virus celare, unguesq; lupinos,
Ut nunc verſuti pars audit maxima ſecli:
Fictâ haud fallebas Virtutis Imagine quenquam,
Candida ſimplicitas in more & in ore nitebat,
Hinc tibi monſtroſis hujus cum moribus ævi
Non benè convenit. Quid mirum morte beatâ,
Grato quod triſtem commutes ordine vitam?
Nos qui vexamur vario tentamine, tandem
Completo modio, Fato ducente, ſequemur.

Ita obitum optimi Senis, Affinis & Amici dum viveret intimi nunc deſideratiſſimi lugebat

Matthæus Liebeheer /
Regii Archidicaſterii in citeriori Pomeraniâ Conſil. & Aſſeſſor.

REINHOLDUS A GEREN,
Anagr. H. expir.
O DURES, NIL ANGERE.

Defunctus ad mœſtiſs. uxorem & liberos ſuperſtites.

O DURES, temet rebus ſervesq; ſecundis,
Tu Mare coſta carens & Patre progenies.
Angeris in terris fatis quandoq; ſiniſtris?
Fide Deo, magnam pectore ſpemq; fove.
Ille vices vertet, non deſeret ille vocantem
Se, ſed ei veniet protinus auxilio.

Et li-

Et licet ad duram ſortem te fata reſervent,
Majori paſcet proſperitate polus.
Heic, ego quò verſor, NIL ANGERE, gaudia florent
Heic, Mare coſta carens & patre progenies

Joannes Petræus, Cōs.
& Senat. patr. Sen.

E Meritum ſequitur requies & præmia luctam,
Noſter id exemplo comprobat omne ſuo.
Decurſo ſtadio, functusq; labore beatum,
Abſolvens læto dramate plaudit opus.
Felix! quem terris vigili in ſtatione repertum
Evocat ad ſuperos dextra benigna DEI.

Chriſtian Klein D.

Traur-Gedicht.

So hat der trübe Schein uns dannoch müſſen treffen?
Den wir faſt lang geführt. Die Witwe/ Kinder/ Neffen/
Und die wir ſonſt verwandt/ betrübet überall/
Nicht ohne Hertzens Weh'/ ein ſolcher Trauerfall.
Dann der/ Ach! der iſt todt/ ſo jener Hertz vergnügen/
Und Vater/ unſer Freund; Ach! ſolchen ſieht man ligen
Entſeelet in dem Sarg. Wann Klugheit und Verſtandt/
Wann wohlerfahrne Kunſt/ (wodurch ſonſt Stadt und Land
Recht glücklich wird regiert) wann andre hohe Gaben
Für Morta Sichel-hieb befreyung möchten haben/
Von Gehren lebte noch/ der rühmens-wehrte Mann/
Den auch die Mißgunſt ſelbſt nicht anders nennen kan/
Alß einen Preiß der Zeit/ und Krohne der Gelährten/
Ein graues Tugend-Bild/ und Feind der Welt-verkehrten/
Die man Politiſch nennt. Nun ſolcher iſt nicht mehr/
Doch nur dem Leibe nach/ in jenem Himmels-Heer
Befindet ſich ſein Geiſt/ die Himmel-reine Seele/
Nach dem ſie mit Bedacht auß ihres Leibes Höle

 Jüngſt

Jüngſt ihren Abſcheid nahm. Sein wohlverdienter Ruhm
Blüht unterdeſſen hier/ wie dieß ein Eigenthum
Des Wohlverhaltens iſt. Drüm hemmet eure Thränen/
Vnd ſetzt der Traurigkeit und all zu groſſem Sehnen/
Nach dem der Euch ſonſt lieb/ ein recht gebührend Ziel;
Denckt/ Trauren hat auch Maß/ was drüber/ iſt zu viel.

Auß anverwandter Schuldigkeit hat dieſes wenige/ theils zu letzten Ehren des ſehlig in Gott ruhenden Hn. D. von Gehren/ theils zu Troſt der der Hochbetrübten ſämptlichen Freundſchafft/ betrübt entwerffen wollen/

Johannes Bueck D.

Uſus ubiq; valet, teneris nec diſcitur annis,
Qvod Regimen, quod jus, conſiliumve foret.
Hinc etiam veterum, proverbia docta loqvuntur,
Præcurras, vincis non tamen inde Senem;
Ille Vir excellens, Themidos Sophiæq; medulla,
Syndicus en qvondam! contumulatur humo.
Non tamen is periit, meliori parte, ſuperſtes
Judice vel Momo; clarus in orbe manet!

Ultimi honoris exſolvendi causâ Emerito Exſyndico affini ſuo deſideratiſſimo lugens poſuit

Bernhard Lindemann,
Senator & Protonotarius.

Sic iterum amiſit Reſpublica noſtra Columnam,
Quæ fuit auxilio Civibus usq; ſuis!
Quid ſibi vult Numen, quod talia fulcra ſequeſtret,
Quæ ſint cana annis, promeritisq; ſuis?
Quid quoq; portendunt ventorum flamina torva,
Atq; procellarum tetricus ante-ſonus?

Talia

Talia commoti ſunt omina Numinis ira:
Suppliciis puris excutiamus eam.
Numen & cærumnas averruncare memento!
Nam niſi tu tuleris, nos ne perimus, opem?
Da rurſus noſtræ perſonam Curiæ honoram,
Quæ curas ejus ſublevet absq; metu.

Quod
P. M. V. Cl.
In ſolatium ſuperſtitum
Numini ſupplex
p.

Joachimus Lindemann,
Eccleſiæ Petr. D. Defuncti Affinis,

I*Nculpatus obit* Senex, & Jureperitus
Æquandus paucis; in cujus pectore Sedem
Fixerat haud dubiam Pietas ac integer almæ
Juſtitiæ ſplendor, Probitas & cætera Virtus.
Arguit hoc ipſum facies placida atq; benigna;
Nam perſæpe ſolent animum vel prodere ocelli.
Si Probitas *fingi, aut ceris imitantibus edi,*
Si Polycletæo jubeatur vivere cælo,
Talis erat vultus: Nec mendax hiſtrio ſuetum
Ludebat, blandam ſapiebânt viſcera frontem.
Dum juvenilem agit ætatem, venit ecce! verendo
Vultu, habituq; novo, fuerit Themis alma? vel alta
Virtus? aut Pietas Saturnia? nam Dea certè,
Atq; ait: ô juvenum rarisſime, cuî favet æther,
Non (fateor) plebejus eris, ſubſellia natus
Ad ſumma: Exſpectat Te olim gentis peregrinæ
Publica nempe Salus: Te ibi gloria digna manebit.
Quare age, Te officiis Dea non indocta parabo,

Me

Me ſequere in cunctis fidenter, nam MEUS eſto.
Sic ait. Ille piâ prudens capit omnia mente:
Iſtius ductum ſequitur: Veſtigia preſſit
Aptè, ipſum doctas dum ſic juvat ire per artes.
Nec malè ceſſit opus. Mox PRINCIPIS advocat aula:
Mox ſibi ROSTOCHIUM illius celebrata repoſcit
Et merita atq; fidem; Condignè ubi SYNDICUS annos
Audivit multos, donec rudiarius eſſet.
Interim ubiq; ſuam probat actu dexteritatem;
Illi haud deliciæ Harpyiis, milvisq; togatis,
Quos lites traxiſſe juvat, corvisq; favere.
Hoc *præſente minus laſſata eſt Curia curis.*
Contracto ſermone Lacon; Sed mente profuſâ
Atticus, atq; Aſiæ docto diffuſior imbri.
Mira fuit & conſummata Scientia juris:
Mira VIRI integritas: Fallacis neſcius ævi
Moris: Non poterat fucoſis fallere verbis:
Haud ulli gravis; Haud doctus mordace cavillo
(Plurimus, hoc ævo turpi, quo gaudet Alaſtor,)
Dilacerare Probos: damnabat Spicula Linguæ,
Verè antiqua Fides & Candor propria Senis
Hujus erat Virtus. Secli ô rariſſima meſſis!
Plangite Varniades cives: Ah! plangite tantum
Amiſſiſſe Virum. *Requieſcat pace quietâ.*

Noviſs. honoris ergo poſ.

M. Ægidius Newdorff/
Marp. Haſs. SS. Theol.
Stud.

Klag

Klag- und Troſt-Ode
An die Hochbetrübte Fraw Wittwe.

1.

Ach mein Eh' Herr! Ach mein Hertz!
Ach mein Hertz/ und halbes Leben/
Hat mir gute Nacht gegeben!
Dieß iſt ja ein Seelen-Schmertz/
Welchen die nur allein wiſſen/
Den ihr Liebſtes weggeriſſen.

2.

Alſo hört man hochbetrübt/
Vnd mit vielen Thränen-Bächen/
Euch itzund Fraw Wittwe ſprechen/
Weil der/ den Ihr hertzlich liebt/
Ewer Eh' Herr und Verlangen
Euch nuhmehr ſo fern entgangen.

3.

Schwerlich kan ein ander Weh/
Daß ſonſt kräncket hier auff Erden/
Dieſem recht verglichen werden/
Wann in friedſam-ſtiller Eh'
Schmertzlich muß ein Ehgatt ſehen
Sein Gehülff ins Grab hingehen.

4.

Aber faſt doch einen Muht/
Sprechet ewer Hertz zu frieden/
Seht Ihr gleich nicht mehr hienieden/
Der Euch/ dem Ihr Treu und Guht;

Denckt/

Denckt/ es muſt' alſo geſchehen/
Weils der Höchſte hat verſehen.

5.

Iſt Er doch nur ſolcher weiß
(Alß Ihr Trattet in den Orden)
Ewer liebſter Eh' Herr worden/
Daß Er auff deß HERRN Geheiß/
Euch ſolt wiedrum eins verlaſſen/
Wenn der Sarck Ihn würd umbfaſſen.

Sylveſter Siebrandt.

Ad utrumque beatè Defuncti in exteris Academiis jam viventem filium.

TRiſtis erit vobis, & plus quàm triſtis, Amici,
Nuntius hic, referens triſtia fata Patris.
Eſt (fateor) durum, charum amiſiſſe parentem,
Sed quod vitari vix aliquando poteſt.
Ut jubet affectus, ſolamen ſcribere fas eſt,
Ipſe ego ſed triſtis ſcribere quid valeo?
Si juvat, ut fertur, miſeros quoq; noſſe ſodales,
Siſto me vobis conditione parem.
Patre igitur quamvis nunc orbi ſimus in orbe,
Vivit at æthereus, proſpicietq; SUIS.

Hermannus Sibrandus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777445905/phys_0012
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445905/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445905/phys_0014

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445905/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777445905/phys_0016
DFG

Jn Holſtein wol bekant / und dabey blieb es nich[illegible]
Man ſpürte noch dazu des Himmels Zorn Geſic[illegible]
Wie ihm das gute Schwetz / von der Soldaten [illegible]
Die dieſes Mechelnburg verheert an allen End[illegible]
Vnd ſonſt nichts außgericht / ſo gar verdorben wa[illegible]
Noch wahr es nicht genug / noch ſtellte ſich GOtt [illegible]
Er griff ihn wieder an / Herr Schuckman mu[illegible]
Den Weg der Eitelkeit / ein Mann der mehr den [illegible]
An Tugend übertraff / noch gieng diß alles hin / [illegible]
Herr Gehren ward noch nicht bewegt in ſeinen [illegible]
Er ſetzt' in aller Noht zu Gotte ſein Vertrauen / [illegible]
Er würd' ihn laſſen nicht: Biß endlich ſeiner Fr[illegible]
Der Frawen die die Krohn in ſeinem Hauſe wa[illegible]
Auch vorgeſtellet ward die ſchwartze Todten-Ba[illegible]
Da wurd er erſt gerührt / da wurden ſeine Wun[illegible]
Von neuen auffgeritzt; Wie daß GOtt ſolche S[illegible]
Hat über mich verhengt? ſprach er des Lebens ſat[illegible]
Nun weiß ich keinen Troſt / nun weiß ich keinen [illegible]
Doch halff ihm GOtt herauß. Was ſonſt vor [illegible] en
Jhm zugeſtoſſen ſeyn / das kan die Witwe ſagen [illegible]
Die unter ſolchen Laſt bey nah' ermüdet iſt /
Vnd dennoch läſſet ihr das Vnglück keine Friſt [illegible]
Was vorhin ſie betraff / von Sorg' / Angſt / No[illegible] nere

Vnd Wiederwertigkeit / das theilten beyde He[illegible]
Nun liegt die Laſt auff ihr / die trägt ſie nur allei[illegible]
Ein jeder ſteht von fern' und läſt ſie traurig ſeyn [illegible]
Doch dencket der euch hat den Vnfall zugeſchick[illegible]
Der euch mit dieſer Traur das Hertz und Muh[illegible]